Sancta dei genitrix virgo ſemper maria Intercede pro nobis ad dominum deum noſtrum Alleluia. Versus.
Alleluia Virga floruit ieſſe. Virgo deum et hominem genuit. pacem deus reddidit. in ſe reconcilians yma ſummis.
Versus Alleluia Felix namque es ſacra virgo maria et omni laude digniſſima quia ex te ortus eſt ſol iuſticie: Alleluia

maria· que ſine tactu pudoris inve
ta es mater ſalvatoris· Virgo dei
genitrix quem totus non capit orbis in
tua ſe clauſit viſcera facta homo· Alleluia: ſancta dei ge[nitrix]
In illo tempore· Extollens vocem quedam mulier
de turba: dixit ad illum Beatus
venter qui te portavit: et ubera
que ſuxiſti. At ille dixit Quinimmo
beati qui audiunt verbum dei: et cuſtodiunt
illud Credo Offertorium
Recordare virgo mater in conſpectu dei ut loque
ris pro nobis bona· et ut avertat indig
nationem ſuam a nobis Secreta
Tua domine propitiatione et beate marie
ſemper virginis interceſſione ad perpetuam
atque perpetuam atque preſentem hec obla
tio nobis proficiat proſperitatem Per Communio
Beata viſcera marie virginis que porta
verunt eterni patris filium Complenda
Sumptis domine ſalutis noſtre ſub
ſidiis· da quaeſumus eius nos patroci
niis ubique protegi in cuius venera
tione hec tue obtulimus maieſtati· Per

Verbum bonum et ſuave perſonemus illud ave per quod Christi fit conclave virgo mater filia
[P]er quod ave ſalutata mox concepit fecundata virgo david ſtirpe nata inter ſpinas lilia
[A]ve veri ſalomonis mater· vellus gedeonis cuius magi tribus donis laudant puerperium
[A]ve ſolem genuiſti· ave prolem protuliſti mundo lapſo contuliſti vitam et imperium
[A]ve ſponſa veri ſummi maris portus ſignum rubi aromatum virga ſummi angelorum domina
Supplicamus nos emenda emendatos nos commenda tuo nato ad habenda ſempiterna gaudia